Augsburg, um 1480/1500



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxxxvij

In diebus illis. Lectio actuum apostolorum. Aperiens petrus os suum dixit, Viri israelite et qui timetis deum audite. Deus abraham et deus ysaac et deus iacob, deus patrum noster glorificauit filium suum iesum. quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pylati, iudicante illo dimittere. Vos autem sanctum et iustum negastis et petistis virum homicidam donari vobis auctorem vero vite interfecistis. Quem deus suscitauit a mortuis: cui nos testes sumus. Et nunc fratres sanctissimi. scio quia per ignorantiam hoc fecistis sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum impleuit sic. Penitemini igitur et conuertimini ut deleantur peccata vestra. Gradualis. Hec dies. ℣ Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me. Alleluia. ℣ Surgens iesus dominus noster stans in medio discipulorum suorum dixit pax vobis.

Gratias salutari ac redemptori, qui per quem deo soluitur, omnis in suorum mole, Quem spectatum diu tamen tenent. Et legis eius mentibus capiunt principatus. Quos derelicto primo delegit iudeo de abrahe carne gentem. Et per hunc quos abrahe natos fecit et cognatos suum secum sanguine, Oriundo cum sanguine nature nostre fecit. Atque potentia patrocinia tuetur ab omni malorum turmia et malignis, Quem per carnis edulium delusisti hamo tue maiestatis filii dei. Qui resurgens impertitus non moriturus amplius. Tui mortalem nostram et terrenam naturam resurgens incorruptiuam fecisti atque celis i

Nilo t. Ma. S. Johem. uecisti, manifestauit se iesus ad mare tyberiadis manifestauit autem sic. Erant autem simul simon petrus et thomas qui dicitur didimus et natha nael qui erat a cana galylee et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus, Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in nauim. et illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit iesus in litore, non tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri numquid pulmentarium habetis. Responderunt ei. No. Dixit eis. Mittite in dextera nauigii rete et inuenietis. Miserunt ergo et iam non valebant illud trahere a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille. quem diligebat iesus petro. Dominus est. Simon ergo petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se, erat enim nudus et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra. sed quasi cubitus duocentos trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas et piscem superponentem et panem. Dicit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon